

vel leuiter fide Christiana imbutus iis assentiretur. Itaque alios peperit Satan ex iis quidem ipsis cœnoscis fontibus haustos, sed tamen nouis coloribus nouâque forma interpolatos, vt quid nūum & prorsus adhuc inauditum Ecclesiæ propo-ni videretur, eoque ipso commendaretur. Ita verò inter Valentiniū & Cerdonem munera illa sœuissima partitus est Satan, vt Valentinius qui-dem intricatissimis fabulis & percensionibus Āe-onum & genealogiarum ineptissimis diuinam Chri-sti natuitatem de Deo patre prorsus inuolueret, & incredibilem redderet. Credo verò & post eum Marcion humanam Christi de Maria virgine natuitatem apertè negaret, & emen-tam esse contendor. Quibus sententiis & erro-ribus semel receptis, virunque fidei nostræ fulci-mentum & fundamentum planè conuellitur & ruit. Vide Theodoretum Dialog. 2. qui dicitur Inconfusus. Præclarè enim Augustin. libro 13. con-tra Faust. cap. 8. Sic enim ait, Quidam Deum cre-dendo Christum, & hominem negando errauerunt: & rursus quidam hominem putando, & Deū negando, aut contempserunt, aut in homine spem suam posuerunt. De Valentinianis verò & eorū secta, siue longa scholæ successione ad hunc usque locum diximus. Ergo de Cerdone, Marcione, & Marcionitis tractatus ab Augustino, qui Epi-phani vestigia κατὰ πόδας sequutus est, nunc in-stituitur. Ex quo facile intelligitur hic non habe-ri rationem temporis in recensendis hæresibus: sed potius dogmatis, & continuationis scholæ. Fuit enim nefarii istius erroris de tollenda & perne-ganda humana Christi natura primus author Cer-do,